Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dirigo uos ad anulinū proconsulem. et ipe de uobis consultū ferat. Sancti dixerūt. Festina. quid nos detines? Nos enim festinamus ad uitam eternam peruenire. Tūc iubet eos ad anulinū proconsule cum multitudine militum. ferro uinctos a ciuitate uaga deducere. Et ecce bta faustina una cū spōso suo faustino clamantes et dicentes. Et nos xpiana sumus. Tunc milites tentos eos ferro ligauerunt una cū scis. recluseruntq; in carcere uage ciuitatis usq; dum audirēt presidis opinionē u eēt. et dum audirent eū ēe in ciuitate boseth anaforaria duxerūt eos in eandem ciuitatē. Tunc nuntiant anulino p consuli. qui in carcerem eos miserant. Post dies aūt aliqs iubet precones clamare per regiones et ciuitates. ut ad spectaclm scorum mrm uenirent. Audientes aūt uniuersi ppli. pre timore penarū undiq; ad spectaclm ueniebant. uenire uolētes ab officialibz urgebantur. Die g. v. ydus mai. in v. fer. iubet anulinus sibi tribunal parari. Cumq; sedisset iubet presentari scos. quibus et dixit. Qui estis? quo genere orti. cuius incole ciuitatis? Qui dixerunt. Qui simus audi. quo gne orti agnosce. Religionem colimus cū pre nro mammario unum deum. ideoq; an eū loqui non possumus. Anulinus dicit. De quo dicitis. Sanctus mamarius. ego inquit sum de quo dicunt. Anulinus dixit. Quot annorum es? Mamarius dixit. Annorum circiter nonaginta trium et mensium sex. Anulinus dixit. Hodie complentur dies tui nisi sacrificauerīs. Omes nos xpiani sumus. multaq; sub